



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Origines Benedictinae, Siue Illvstrivm Coenobiorvm Ord.  
S. Benedicti, Nigrorvm Monachorvm, Per Italiam,  
Hispaniam, Galliam, Germaniam, Poloniam, Belgium,  
Britanniam, aliasque Prouincias. Exordia Ac ...**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1614**

VInCVLa sVnt Petro, MonaCho qVae VInCVLa toLLVnt.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11261**

VInCVLa sVnt Petro , MonaCho qVx  
VInCVLa toLLVnt.

An. 1540.

**A**nno autem post tertio , ipsum cœnobium Bauonicum Carolus V. Imp. primo fundamenti saxo per funem inter obequitandum demissio, tutanda vrbis, in arcem conuertit , & Canonici ad S. Ioannis basilicam tunc parœcialem, nunc cathedralem, commigrarunt, R. D. Carolo Croio, Tornacensi Episcopo ipsos deducente , & Diuorum corpora eodem solemniter transferente.

Huius Bauonici cœnobij ( non autem Blandiniensis, ut Meyerus existimauit ) Abbas VIII. fuit Hildebertus, qui pro tuendo sacrarum imaginum cultu, à sautoribus Constantini Copronymi Imp. iconomachi, est imperfectus. Abbas porrò XV. fuit Eginhartus seu Einardus, Caroli Magni Imp. Cancellarius, vir scriptis editis clarissimus, qui S. S. Marcellini & Petri martyrum reliquias Roma Gaudiuum transferendas curauit, & an. Christi octingentesimo quadragesimo quarto obiit.

S. AMANDI

Cœnobium Elnonense in Pabula, tertio miliiari à Tornaco Neruiorum.

An. 634.

**A**nno incarnati verbi 100 XXXIV. Dominus Amandus Traiectensis Episcop. à Dagoberto Clotharij II. Filio, Francorum Rege Christianissimo, pro monasterio construendo, locum, vulgo à circumfluentे fluuiolo Elnone vocatum, supplex petit, & cum silua, aquis circumiacentibus &

pascu-